

3813 imp. Caesar Vespasianus | Aug. pontifex maximus, trib. | potestatis, censor aedem Victoriae¹ | vetustate dilapsam sua impensa | restituit.

In Sabinis, in valle rivi Digentiae (iam Licenza), ad vicum Rocca Giovine (XIV 5485 vidi). — 1) Hanc aedem nonnulli putarunt esse fanum putre Vacunae, post³ quod Horatius scripsit epistolam 1, 10 (v. 49); et sane locus fere idem est; et eandem esse Vacunam et Victoriam tradiderat Varro (cf. Preller R. Myth. I³ p. 409).

3814 vecos Supn.¹ | Victorie Seinq.² | dono dedet | lubs mereto; | queistores | Sa. Magio St. f., | Pac. Anaiedio St.³

In Marsis loco dicto Trasacco, ubi vicum Supinatem fuisse ex hoc titulo colligi potest (IX 5849 vidit Mommsen; Ritschl tab. XCVIII d p. 94). — 1) Intellege: vicus Supinas (cf. infra N. 3829). Supinates sunt etiam in titulo eiusdem regionis infra N. 4022, civitas Supinum dicitur memorari in instrumento quodam scripto a. 1008. — 2) Agnomen Victoriae obscurum. — 3) Salvius Magius Statii filius, Paquius Anaiedius Stati (filius).

3815 P. Pacil[ius] . . [f.] . . . Zenon Laetus p. p. bis, | aedil., praef. iur. dic. et sacris faciundis, | aedem Fortunae et Victoriae sua pec. ref. communivitq.

Prope Romam rep. ad viam Nomentanam ut videtur ibi ubi fuit Ficulea (XIV 4002 descripsit Hieronymus Amati, partes viderunt de Rossi et Dellefsen cf. VI 2514, Eph. ep. 7, 1266):

3816 (dea ornata diademate lunato, d. aristas demittens in vas et ipsum aristas plenum, s., ad quam gubernaculum supra orbem positum est, cornu copiae erigens) Annonae sanctae | Aelius Vitalio | mentor perpetuus | dignissimo | corporis¹ pistorum | siliginariorum | d. d.

Romae (VI 22 descr. Smelius). — 1) Sic traditur; requiritur corpori.

Statua Annonae urbis dedicata in theatro Rusicadensi memoratur VIII 7960.

3817 Nicomacus Saf. L. s.¹, | Paapia Atiedi L. s., | Dorot. Tettien. T. s., | Menti Bonae | basim don. dant.

Albae ad lacum Fucinum (I 1167. IX 5910 vidit Mommsen; Ritschl tab. LX h).

— 1) Cf. N. 5381 not. 2.

3818 (sub imagine mulieris scopulo insidentis, cui caput et brachia deerant) Menti Bonae d. d. Surus Tettieni C. s., | Philonic. Marciae s., Nicomac. Albi M. s.

Prope Albam Fucentem ut videtur (I 1168. IX 5911 servavit Accursius).

3819 [Mentei Bo]nae¹, serveis contul. HS | ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ V², mag. X³ | ded. HSV;⁴ | . . . us Saleivi P. s.⁵, leiber coeravit; | Timotheus Poplili L. M. s., Antio[cus] . . . us pop. s.⁶, leiber coeravit; | Petro Furi L. s., Ra.⁷ Furi L. P. C. s.; Antiochus Utili Cn. s., leiber coeravit.

Corae (I 1156. X 6514 ad exempla duo facta saec. XV. XVI). — 1) Alias dedicationes Menti Bonae Corae factas habes X 6512. 6515, unde hic quoque videtur Mentis mentio suppleri posse. — 2) Pro ⊕, quod clare adest in altero apographo (in altero eius loco est ⊕) antiquae editiones exhibent Ψ, quod olim ansam erroribus